



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

XXVIII. An homo post lapsum sit liberi arbitrij in rebus supernaturalibus?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35233**

4. Ex ea, quæ dicit Deum quasi recedere exploratum, quod studia vergant hominum: Vt Deut. 8. *Adduxit te Dominus XL. annis per desertum, ut affligeret te, & tentaret, & nota fierent, quæ in animo tuo versabantur.* Ibid. c. 13. *Tentat vos Dominus, ut videat, si diligatis eum.* At frustra exploraret homines Deus, nisi liberi essent arbitrij.

5. Gen. 4. *Si bene egeris, recipies; sin male, statim in foribus peccatum aderit. Sed sub te erit app. eius, sc. peccati; & tu dominaberis illius actionis tuæ per arbitrium.* Eccl. 15. *Deus reliquit hominem in manu consilij sui.* &c.

6. Deut. 30. *Proposui vitam & mortem.* &c. *Elige ergo vitam, ut viuas.* Ios. 4. *Optio vobis datur, cui potissimum seruire debeatis.* Eccl. 31. *Qui potuit transgredi, & non est transgressus.* 1. Cor. 7. *Qui statuit in corde suo firmus, non habens necessitatem; sed potestatem habens suæ Voluntatis, & hoc iudicauit in corde suo, seruire Virginem suam; bene facit.* 2. Cor. 9. *Vnusquisque prout destinauit in corde suo; non ex tristitia aut necessitate: hilarem enim datorem diligit Dominus.*

### QVÆSTIO XXVIII.

*An homo post lapsum sit liberi arb. in rebus SV. ERNATVR ALIBVS?*

#### XLVI. ANTICHRISTIANISMVS.

**L**UTHERANI & CALVINIANI negant; sed à Deo cogi ac saluari volunt voluntates electorum. Vide *Luthero-caluin. p. 4. q. 47.*

**CHRISTVS.** 1. *Ego verò in pijs occupatos dixi operarios, & edificatores,*

*plantatores, cooperatores: aguntur aliquid; non passiuè aguntur.* Mat. 20. *Voca operarios, & redde illis mercedem.* Talis erat qui dixit, 1. Cor. 3. *Ego plantavi, Apollo rigauit; Deus autem dedit incrementum.* Ibid. *Vnusquisque autem mercedem accipiet secundum suum laborem.* Dei enim sumus *Coadiutores: id est πλάττω, proprium laborem.* Sic Mar. ult. *Prædicauerunt ubique, Domino cooperante: & confirmante sermonem sequentibus signis.*

2. *Scripturæ imperant, suadent opera pietatis & conuersionem, ut hominibus liberi arbitrij: alioquin suadere coactis stultum est.* Vt Zach. 1. *Ioel. 2. Conuertimini ad me.* &c. II. 1. *Lauamini, munda stote.* Ios. 6. *Operamini nõ cibũ, qui perit; sed qui permanet in vitam æternam.* Ibid. *Quid faciemus, ut operemur opera Dei? Respondi: Hoc est opus Dei, ut credatis in eum quem misit ille.* Hinc Phil. 2. *Cum metu & tremore salutem vestram operamini.* Deus enim est, qui operatur in vobis.

3. *Scripturæ docent, homines à Deo iuuari; vt qui nõ nihil agat.* Pl. 26. *Adiutor meus esto, ne derelinquas me.* Pl. 69. *Deus in adiutorium meum intende.* Rom. 8. *Spiritus adiuuat infirmitatem nõstram.* &c. *postulat pro nobis gemitibus inenar.* 1. Cor. 15. *Plus omnibus laboraui; non autem ego, sed gratia Dei mecum.* De quo Aug. 1. de grat. & lib. arb. c. 15. *Nec gratia Dei sola; nec ipse solus; sed gratia Dei cum illo.*

4. *Denique Scripturæ docent vocatos posse non venire.* Vt Prou. 11. *Vocaui, & renuistis.* Mat. 23. *Volui tuos congregare, & noluisti.* Act. 7. *Vos semper Spiritui Sancto resististis.* Apoc. 3. *Ego sto ad ostiũ, & pulso; si quis aperuerit mihi, intrabo ad eũ.* &c. *Quæ omnia lib. arbitrium testantur.*

QVÆ.